

MASS PROPER: JANUARY 20 – STS. FABIAN & SEBASTIAN, MARTYRS

MASS (*Intret in conspéctu*) (red)

INTROIT Psalms 78: 11,12, 10

Intret in conspéctu tuo, Dómine, gémitus compeditórum: redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum: víndica sáanguinem Sanctórum tuórum, qui effúsus est. (Ps. 78: 1) Deus, venérunt gentes in hereditátem tuam: polluérunt templum sanctum tuum: posuérunt Ierúsalem in pomórum custódiam. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Intret in conspéctu tuo, Dómine, gémitus compeditórum: redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum: víndica sáanguinem Sanctórum tuórum, qui effúsus est.

COLLECT

Infirmítatem nostram réspice, omnípotens Deus: et, quia pondus própriæ actiónis gravat, beatórum Mátyrum tuórum Fabiáni et Sebastiáni intercéssio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Hebrews 11: 33-39

Fratres: Sancti per fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiónes, obturavérunt ora leónum, exstinxérunt ímpetum ignis, effugérunt áciem gládii, convaluérunt de infirmitáte, fortes facti sunt in bello, castra vertérunt exterórum: accepérunt mulíeres de resurrectióne mórtuos suos: álii autem disténti sunt, non suscipiéntes redemptiónem, ut meliórem invenírent resurrectiónem:

Let the sighings of the prisoners come in before Thee, O Lord; render to our neighbors sevenfold in their bosom; revenge the blood of Thy Saints, which hath been shed. (Ps. 78: 1) O God, the heathens are come into Thine inheritance; they have defiled Thy holy temple: they have made Jerusalem as a place to keep fruit. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let the sighings of the prisoners come in before Thee, O Lord; render to our neighbors sevenfold in their bosom; revenge the blood of Thy Saints, which hath been shed.

O almighty God, have regard to our weakness: and since the weight of our own evil deeds oppresses us, may the glorious intercession of Thy blessed Martyrs, Fabian and Sebastian, protect us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, The Saints by faith conquered kingdoms, wrought justice, obtained promises, stopped the mouths of lions, quenched the violence of fire, escaped the edge of the sword, recovered strength from weakness, became valiant in battle, put to flight the armies of foreigners. Women received their dead raised to life again. But others were racked, not accepting deliverance, that they might

álii vero ludíbria et vérbera expérti, ínsuper et víncula et cárceres: lapidáti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisióne gládii mórtui sunt: circuíerunt in melótis, in péllibus caprínis, egéntes, angustiáti, afflícti: quibus dignus non erat mundus: in solitudínibus errantes, in móntibus et spelúncis et in cavérnis terræ. Et hi omnes testimónio fidei probáti, invénti sunt in Christo Jesu, Dómino nostro.

GRADUAL Exodus 15: 11, 6

Gloríusus Deus in Sanctis suis: mirábilis in maiestáte, fáciens prodígia. Déxtera tua, Dómine, gloriificáta est in virtúte: déxtera manus tua confrégit inimícos.

LESSER ALLELUIA

Psalms 144: 10-11

Allelúja, allelúja Sancti tui, Dómine, benedícen te: glóriam regni tui dicent. Allelúja.

GOSPEL Luke 6: 17-23

In illo témpore: descéndens Jesus de monte, stetit in loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copiósá plebis ab omni Judæa, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri, et Sidónis, qui vénerant, ut audírent eum, et sanaréntur a languóribus suis. Et, qui vexabántur a spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quærébat eum tángere: quia virtus de illo exíbat, et sanábat omnes. Et ipse, elevátis óculis in discípulos suos, dicebat: Beáti, páuperes: quia vestrum est regnum Dei. Beáti, qui nunc esurítis: quia saturabímmini. Beáti, qui nunc fletis: quia ridébitis. Beáti éritis, cum vos óderint hómines, et cum separáverint vos et exprobráverint, et eiécerint nomen vestrum tamquam

find a better resurrection. And others had trial of mockeries and stripes, moreover also of bands and prisons. They were stoned, they were cut asunder, they were tempted, they were put to death by the sword, they wandered about in sheepskins, in goatskins, being in want, distressed, afflicted, of whom the world was not worthy; wandering in deserts, in mountains, and in dens, and in caves of the earth. And all these were found approved by the testimony of faith, in Christ Jesus our Lord.

Glorious is God in His Saints, marvelous in majesty, doing wonders. Thy right hand, O Lord, is magnified in strength: Thy right hand hath slain the enemy.

Alleluia, alleluia. Thy Saints shall bless Thee, O Lord; they shall speak of the glory of Thy kingdom. Alleluia.

At that time, Jesus coming down with them, stood in a plain place, and the company of His disciples, and a very great multitude of people from all Judea and Jerusalem, and the sea coast both of Tyre and Sidon, who were come to hear Him, and to be healed of their diseases. And they that were troubled with unclean spirits, were cured. And all the multitude sought to touch Him, for virtue went out from Him, and healed all. And He, lifting up His eyes on His disciples, said: Blessed are ye poor, for yours is the kingdom of God. Blessed are ye that hunger now: for you shall be filled. Blessed are ye that weep now: for you shall laugh. Blessed shall you be when men shall hate you, and when

malum, propter Fílium hóminis. Gaudéte in illa die et exsultáte: ecce enim, merces vestra multa est in cælo.

OFFERTORY Psalms 31: 11

Lætámmini in Dómino et exsultáte, justi: et gloriámmini, omnes recti corde.

SECRET

Hóstias tibi, Dómine, beatórum Mártyrum tuórum Fabiáni et Sebastiáni dicátas méritis, benignus assúme: et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsídium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Luke 6: 18-19

Multitúdo languéntium, et qui vexabántur a spirítibus immúndis, veniébant ad eum: quia virtus de illo exíbat, et sanábat omnes.

POSTCOMMUNION

Refécti participatióne múneris sacri, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, cujus exséquimur cultum, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Fabiáno et Sebastiáno, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

they shall separate you, and shall reproach you, and cast out your name as evil, for the Son of Man's sake. Be glad in that day and rejoice; for behold, your reward is great in heaven.

Be glad in the Lord, and rejoice, ye just; and glory, all ye right of heart.

O Lord, graciously receive the offerings consecrated to Thee, by the merits of Thy blessed Martyrs Fabian and Sebastian, and grant that they may prove to us an abiding source of strength. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

A multitude of sick, and they that were troubled with unclean spirits, came to Him; for virtue went out from Him and healed all.

We who are refreshed by the sacred Gifts, of which we have partaken, beseech Thee, O Lord our God, that through the intercession of Thy holy Martyrs Fabian and Sebastian, we may ever feel within us the power of that which we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.